

contingat, quod causa conventionis, & reconventionis debeant, coram diversis iudicibus agitari, & diversis sententis terminari, secundum Innoc. in c. cum nobis olim. de electio. Abb. in d. c. super eo quod, & plenius Doctores in c. i. de mutuis petitiis. vide etiam nonnulla alia exempla per eosdem Doctores superius adductos.

37 Et isthanc doctrinam hucusque à nobis propositam, & fundatam, limitare voluit, ut in iudicium procedat in appellatione interjecta à sententia lata per iudicem delegatum, quoniam illa emissà in una causa, suspendit jurisdictionem etiam in aliis causis, licet secus sit in ordinario, gl. in verbo ad tempus, in c. pastoralis, de appellat. per quam ita tenetur Domini de Rot. in dec. 15. aliis 163. nota quod ubi, de appell. in antiq. contra latè infurgit eam reprobandus Philip. Franc. Gem. relati & sequuti per Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. d. limit. 2. à n. 32. ubi etiam alias limitationes ponit & illas reputat veras.

38 Circa secundum casum seu distinctionis membrum, supra in initio hujus capituli appositum, quando scilicet appellatur à sententia continente unum tantum, duo, plurave capitula connexa, & conjuncta, quæ tunc dicuntur illa, quæ ex continentia factorum separationem non recipiunt, ad l. i. C. si unus ex plur. appell. cum aliis allegatis per Boerium seu mavis Signoro. de Homodis inter consulta Boerii in cons. 7. per totum, & Felia. in c. significaverunt de except. Amilian. in cons. 75. cum fati. n. 12. & similiter Moder. in amot. ad Regid. n. 145. post Innoc. in c. cum interlog. penult. & si de re jud. optime etiam Boer. in dec. 63. n. 4. latè & eleganter declarat Menoch. in trakt. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu 95. per

39 Not. ubi, quæ dicantur connexa, & quæ dicantur separata. Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. l. i. c. 266. per totum, præcipue à n. 4. Fulvius Pacian. tr. de probat. lib. 1. c. 26. n. 40. & 94. Sigismund. Scac. lib. 1. casuum civil. & crim. c. 11. n. 362. cum pluribus seqq.

40 Igitur quando appellatur à sententia continente unum capitulum, vel plura tamen connexa, etiam si ab uno duntaxat interponatur appellatio, suspendit, & devolvit jurisdictionem ad superiorem super cæteris articulis, seu capitulis conjunctis, ita ut iudex inferior illa alia, à quibus provocatum non fuit ab altera

parte, executioni mandare non poterit. Sed appellatione illa limitata, etiam à proponente quatenus contra, duntaxat, potest adversarius, qui non provocavit, uti, neque illa juvare atque tueri, & iudex superior potest super toto negotio, & sententia cognoscendo, mutare, alterare, seu annullare, & ea facere, quæ sibi

41 Iusta videbuntur, cum alios articulos non appellatos, connexos tamen devolvat appellatio, quia non transeunt in rem judicatam stante appellatione ab uno conjuncto, ita voluerunt B. cons. 150. ex ordin. cum prædicta examinarem, Jacob. de Ga. & Joan. Fab. Bald. & Salicet. in l. ampliorum, C. de appell. & ibi Alex. in addit. ad B. & idem Bal. in l. si C. quando provocare non est necesse, vers. quero de tali casu, & ibi Salicet. & Alberi. in l. i. vers. item si aliquis velit appellare, eodem tit. Barb. in c. Reynaud. de testam. Ant. de Butr. in c. cum Joan. in ult. q. & ibi Abb. Sicul. Joan. de Imol. & Fel. vers. in text. ibi insimantes. Rot. dec. 358. cum hoc casu appellatio sit communis l. ampliorum C. de appell. Ozasc. dec. Pedemon. in dec. 142. n. 27. optime & eleganter per Boerium dec. 73. n. 6. ubi reddit rationem, quia connexa reputantur unum, & item individuum ratione connexitatis, ut etiam dicit Ill. in cons. 187. incipit circa primum colum.

42 7. v. 9. fallit lib. 1. & reddit etiam exemplum ipse Boerius, quod si quis petierit fundum, & in sententia fuerit sibi medietas fundi adjudicata, & pro alia dimidia reus fuerit absolutus, & ab hac sententia quatenus contra se faciebat, ipse actor provocaverit, quod hujusmodi

appellatio totam causam suspendit, & devolvit, in tantum ut nec pro illa parte in qua non appellavit, sententia potest mandari executioni, & per Dinum cons. 26. questio talis est, tenet Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 1. l. i. c. 266. à n. 7. & n. 3. latè Scac. de appell. 17. lim. 21. n. 25. ubi plura exempla & n. 31. Philip. Franc. in c. si duobus col. 4. n. 7. vers. sed quartum primo, de app. Felin. inc. significaverunt 1. 1. sub n. 5. vers. adverte etiam, de except. Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 30. Joan. And. in addit. ad Specul. tit. de appell. §. i. col. 1. vers. sed pone n. 13. Ant. de Butr. in d. c. si duobus n. 6. in ff. quem ibidem referunt Atb. in ff. n. 20. & Franc. sub n. 4. vers. secundo hoc fuit statutum optime etiam Decius ibi n. 55. Hieron. Gabr. cons. 38. sententia lata n. 1. & seq. lib. 1. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. n. 25. & 26. & ita intelligi debet Marquet. de appell. 1. p. c. 28. n. 49. dum indistinctè & simpliciter asserit, quod appellatio quatenus contra, devolvit totam causam, tam in parte dimidia, quæ succubuit, quam in parte sibi favorabili maxime quia in comprobationem allegat B. Boerium & Lancel. locis super citatis, juxta quos intelligendus est præcisè.

Et istam nostram doctrinam declarandam esse, ut procedat, quando talis est connexitas, ut sententia in uno capitulo lata parat exceptionem rei judicate in alio docuerunt Bal. in c. i. circa si de controvers. feud. apud pares terminos: Decius cons. 33. sub n. 4. col. 3. vers. & ad hoc bene facio lib. 1. post Avant. cons. 99. & sentit idem Decius in c. ad hoc post princ. de appell. fact. Rota in dec. 1. aliis 138. si appelleretur de off. deleg. in novis, & dec. 65. aliis 461. si appelleretur, de appellat. in novis, super quos latè examinantem vide Lancel. de attent. 2. p. c. 12. n. 8. & seqq.

Igitur cum per hanc appellationem ab una parte, unoque tantum articulo connexo interposita, suspendat jurisdictionem iudicis à quo ne ulterius ad executionem cæterorum articulorum valeat procedere, imò ea appellatione etiam altera pars non appellans potest se juvare, & sibi potest, iudex illi appellationi in totum, hoc esse, respectu aliorum capitulorum connexorum deferre, omnimodo teneatur, ut ultra prædictos, etiam post alios loquens in viis executivis, ita dicit eleganter Parlador. lib. 2. rerum quorid. c. si. p. §. 12. sub n. 6. sequitur ut in tribunal per viam recursum, & viò 45 lentie adito, necessariò declarandum vim facere iudicem, non deferendo appellationi, quæ realiter adesset (cum ea se juvare potest adversarius) reponatque omnia postmodum attentata.

Pro quo etiam facit, quod Achill. de Grass. dec. 30. 46 attent. sub rit. de attent. cui concordat alia ejusdem 31. incipit attent. eod. tit. Rota dec. 31. aliis 163. si ab excommunicatione, de appell. in noviss. Mill. in reperi. verbo, appellans à sententia excommunicationis, Philip. Franc. in c. ad hoc, et in l. i. nota de appell. Lanc. de attent. p. 2. c. 2. lim. 12. n. 23. & seqq. dicant, quod illa omnia quæ iudex inferior fecerit tangentia articulum, à quo est appellatum, sunt innovata, & attentata & ut talia revocanda, & multa alia circa hanc materiam, ubi de pluribus questionibus consule Philip. Franc. in d. c. super eo quod & in c. si duobus, & in c. ad hoc, et l. 1. de app. & etiam Lanc. Robert. de attent. d. lim. 2. ubi multa, & præcipue ibi latè videbis examinata: an inhibiti emanata à superiore vigore appellationis emittæ ab una tantum parte respectu unius articuli separati: an afficiat, & suspendat jurisdictionem iudicis à quo, ne ultra procedat ad executionem cæterorum articulorum separatorum, quando scilicet ipsa inhibitiò expedita fuit super omnibus articulis, licet pro uno tantum fuerit appellatio interjecta.

Et de pluribus effectibus hujusmodi appellationis, si & quatenus contra, an in articulis separatis, seu connexis ab utraque parte interposita, separatim tamen, quia

quia de causa possit cognoscere, & an de utraque appellatione, an diversi iudices impetrari possint pro singulis appellationibus, vide latè Scacciam post alios in trakt. de appell. q. 10. art. 3. à n. 10. cum seqq. fol. 113.

49 Et an & quando appellans quatenus contra altera parte non appellante, possit suæ appellationi renuntiare in præjudicium alterius, tam in articulis connexis, quam in separatis, tam intra terminum decem dierum, quam extra illum, vide exactè, & distinctè per Scac. de app. q. 17. lim. 2. à n. 99. cum seqq. & sup. à n. 95. cum seqq.

51 Et an, quando appellatio ab interlocutoria devolvit totam causam tam in articulis connexis, quam in separatis, vide latè per eundem Scacciam q. 17. limit. 47. memb. 2. à n. 1. fol. 511. quæ mei non est tractare, sed remittere tantum.

CAPUT XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emissæ à sententia, seu articulo causæ, aut etiam à tribus conformibus, an & quando iudex Ecclesiasticus non deferens, vim faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Appellari tertiò non potest in quacunque causa.
- 2 Sententiarum trium conformitas impedit ulterius appellare, sive sint interlocutoria definitiva.
- 3 In quolibet causa articulo, seu gravamine diverso, bis poterit gravatus provocare, non amplius.
- 4 Juraplar canonica interpretatur genericè disponentia, toties quatenus posse appellare, quoties sit gravatus.
- 5 Millies gravatus in una causa, totidem poterit bis à singulis gravaminibus appellare.
- 6 Tres sententias qui contra se reportavit super aliquo articulo seu gravamine etià definitivas, debet iudicari acquiescere, quia contra illum presumptio juris est.
- 7 Qualibet pars potest ab eodem articulo is provocare, ita ut super eodem quinque ferri possent sententia.
- 8 Quod contingere potest, sive appellatione, & sententia sint alternatim, sive successive, sive interpolatim lata.
- 9 & 21 Exemplificatur.
- 10 L. unica C. ne liceat tertiò provocare, ponderatur, & interpretatur.
- 11 L. 25. tit. 23. p. verba referuntur.
- 12 A sententia quæ juris dispositione non transeant in rem judicatam, appellari tertiò non potest.
- 13 Desertio tollit appellationem etiam in actibus extrajudicialibus & aliis, quæ non transeunt in rem judicatam.
- 14 Deferens appellationem ab actu extrajudiciali, auditur per viam querele & recursum, non tamè appellationis.
- 15 A sententia quæ non transeant in rem judicatam, non auditur quis appellans post decem dies, licet alio remedio non excludatur.
- 16 A sententia interpolatim aut alternatim latis, quæ sit executioni mittenda, & in cuius partis favorem. Varie Declerum asseriones in hoc articulo, ibid.
- 17 Errore lapsos esse Doctores in hoc articulo clarè monstratur.
- 18 Quatuor appellationes licet ab eodem articulo dentur, non tamen possunt requiri sex sententia.
- 19 Sententia tres conformes in quolibet articulo exequuntur, non obstante qualibet exceptione etiam nullitatis.
- 20 & 24 Tres conformes sententias aliquo pro se obtinente, impossibile est, ut altera pars alias tres habere possit in eodem articulo.
- 21 Varia redduntur exempla sive sententia ferantur alternatim, sive interpolatim, sive successive, pro aliquo.
- 22 Clem. 1. de sent. & re jud. ut loquimur habeat, sufficit tres obtinere sententias sive successive, sive interpolatim.

Salgado de Protec. Reg.

latim, aut alternatim.

- 23 Quia tunc generaliter in omnibus casibus tertiò provocari non potest.
- 24 Sententia tres conformes pro una parte dare non possumus, quin ab alia non demus duas appellationes præcedentes.
- 25 Conformes sententia dicuntur quæ conveniunt in qualitate & substantia.
- 26 Conformitas datur ubi adesset identitas rei, causæ, & personarum, sive verè, sive interpretativè.
- 27 Sententia præjudicat et qui verè vel representativè eadem est persona.
- 28 Res judicata dicitur ubi concurrunt identitas rei, causæ, & personarum.
- 29 Sententia in quo difformes dicuntur.
- 30 & 32 Sententia alias duas confirmans cum aliquo novo gravamine seu additamento, quod aliis non adit, recipit appellationem, licet in quo sit conformis exequatur hac appellatione pendente, ubi declaratur.
- 31 Et tunc sententia quæ pro una parte est appellabilis, & pro alia inappellabilis, iudicatur dividua.
- 33 Appellatio si aliquo casu sit permissa ubi tertiò provocare non potest, non impedit trium conformium executionem nec causat attentatum.
- 34 Sententia tertia aliquid de novo alii addens, de quo sit actum in cæteris instantiis, tacite aut expresse non dicitur prima super additamento, sed ultima.
- 35 Appellationis prohibitio & permisso concurrunt circa eisdem sententia diversa & separata, unaquaque qualitas operatur in suo subiecto.
- 36 Ab expensarum petitarum condemnationis in ultima sententia, quarum nulla mentio facta est in cæteris instantiis, tanquam à novo gravamine licet appellare.
- 37 Expensarum petitarum omnia condemnatio in sententia non intelligitur condemnatus in illis absolutus.
- 38 Viclor in principali non potest appellare ab omni condemnatio expensarum, si adversarius victus à principali sententia appellavit, & de ratione.
- 39 Viclor potest ab expensarum omni condemnatio appellare, quando victus à sententia principali non provocavit.
- 40 Et idem est quando viclor appellavit limitatè quatenus contra.
- 41 Et quid quando viclor simpliciter à sententia appellavit, appellationem non prosequitur, remissive.
- 42 Supradicta procedunt in expensis petitiis officio iudicis mercenario duntaxat.
- 43 Expensas iure actionis debitas & in condemnatione omittas potest viclor denuo petere, etiam sententia super principali transacta in rem judicatam. Redduntur exempla, ibidem.
- 44 Reservatio iurium facta in ultima sententia illius respectu dicitur cæteris difformis, & datur appellatio à reservatione nova.
- 45 Sententia ultima condemnans ad eandem summam, ad quam alia, sub conditione tamen quatenus factò calculo tanta summa debeatur, non exequitur, quousque conditio purificetur.
- 46 Conformes non dicuntur sententia, si ultima lata sit non super desertione, ut in exemplis.
- 47 Tamen cum transeant duas in rem judicatam ob desertionem, executionem mereantur.
- 48 Sententia, quæ tendunt ad diversum finem, non dicuntur conformes.
- 49 Sententia diversa in tempore dicuntur difformes, & datur exemplum.
- 50 Sententia, altera absolvens, quia non est probatum, altera observatione iudicis, non sunt conformes.
- 51 Tertia sententia declarans alias duas præcedentes nullas quæ postea est revocata per aliam declarantem validas priores, an illis ista ultima dicatur conformis.
- 52 Et an tunc executio illarum sententiarum permitenda est non obstante appellatione ab hac ultima.

R r 3 52 Tertia

- 52 Tertia sententia alias duas latus super principali causa de larana nullas, dicitur prima respectu articuli nullitatis, & quarta qua illam revocat, dicitur secunda, & recipit appellationem.
- 55 Quod declaratur pulchre usque ad.
- 56 Duabus sententiis super principali lata conformibus, si a secunda appellatur, & simul de nullitate agatur, tertia fertur illas ut nullas revocans, si quarta fertur priores duas conformans, illis dicitur conformis.
- 57 Quodum trium conformium super principali sit executio, licet appellari possit ab ea respectu nullitatis.
- 58 A novo addimento sententia licet possit appellari, tamen sententia exequitur in eo quod conformis est aliis duabus.
- 59 Sententia ut tanquam conformes exequantur, non est necesse, ut in toto sint conformes, sed in articulo conformi appellationem excludunt.
- 60 & 64 Sententia tres diversa summa in minori dicuntur conformes, cui diminutio nocet, non appellat.
- 61 Sententia quod dicantur conformes respectu majoris summa simpliciter, qui tenent.
- 62 Minor summa naturaliter inest majori.
- 63 Sententia tres non dici conformes respectu majoris summa nec exequenda, qui tenent.
- 64 Verior opinio resolvitur.
- 65 Unaquaque pars licet tertio appellare non possit ab eodem articulo, tamen adversarii appellationi recte potest adharere.
- 66 Qualibet appellatio est communis utrique parti etiam non appellanti.
- 67 Nisi appellatio fuerit limitata quatenus contra, &c.
- 68 De iure regio vix possunt dari quatuor appellationes a qualibet articulo, & quare, sub n. 2. & quid in foro Ecclesiastico, ibid.
- 69 Dua sententia quando exequenda sint vigore statuti, idem de illis iudicandus est, ac de tribus conformibus.
- 70 De exceptionibus oppositis tribus sententiis vel duabus conformibus iuxta statutum qui videndi.
- 71 Conformes que sententiis dicantur, de limitationibus & ampliationibus.

SI quis in quacumque lite iterum provocaverit, non licebit ei tertio in eadem lite super eisdem capitibus provocacione uti: verba sunt Justiniani Imperatoris in l. unica, C. ne liceat tertio provo. &c. quod probat & eademmet rubrica ibi, nec liceat in eademque causa tertio provocare, &c. comprobatur etiam text. in c. directe & text. in c. si a nobis, text. in c. si autem in princ. & in §. si quis in quacumque 2. q. 6. & est de iure Regio l. 25. tit. 23. p. 3. & ubilibet gl. & DD. & illi passim alibi: data namque trium sententiarum conformitas sive sit in definitiva sive interlocutoria, præfata lex dispositio procedit gl. in clem. 1. verbo sententias, de re jud. & ibi Cayd. in q. 5. & Imol. super gl. in d. verb. sententias, & Bonif. super gl. 6. vers. conclude, quod ista clem. ubi Barb. in gl. v. sententias, Bal. in d. l. 1. vers. & nota. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de app. sub n. 268. Ant. Gabr. lib. 2. concl. tit. de exec. rei jud. concl. 1. n. 15. & ferè omnes infra citandi.

2 Generale enim est, ut à tertia sententia sive definitiva, sive interlocutoria, habente alias duas præcedentes conformes, appellatio denegetur, probant per d. l. 1. gl. Cyn. B. Bald. Salicet. & Paul. de Castr. ibi. Speculator tit. de appell. §. quoties, in prin. lib. 2. fol. 193. Nicell. 17. de concord. gl. concord. 6. fall. 25. n. 67. tom. 18. fol. 194. Vestr. in pra. lib. 7. c. 3. vers. generaliter n. 19. Cravet. cons. 183. regul. n. 1. Rebuff. tra. de appell. art. 7. gl. 2. n. 29. vers. decimo quinto. Marquet. tr. de commiss. 2. p. c. 1. à n. 1. fol. 355. in 2. impress. aliis c. 4. Telf. Fossan. dec. 122. tertio provocare n. 3. Quæ quidem legis verba præ cæteris explanabo

aliis, & indigestas difficultates claras reddat; præmittens ut horum iurum regula; dum dicta ab aliqua causa, seu articulo non esse licitum tertio provocare, & sic tertiam appellationem prorumpere, seu in sententia definitiva sive in interlocutoria, intelligenda; & declaranda sit ut procedat in uno; eodemque articulo, & gravamine, ut ab eo non fit à gravato interjecta appellatio est admittenda; at secus in diversis articulis, & gravaminibus alicujus cause, nam si quis in discursu cujusvis litis pluries gravetur; super diversis tamen articulis, toties poterit appellare, & duas appellationes successivè interponere, super quolibet diverso articulo; ita notant gl. verb. appellare in d. c. directe de appell. & gl. 2. in d. c. sua nobis eod. tit. & utrobique notant Abb. Panormit. in d. c. directe, n. 8. & ibi etiam Philip. Franc. col. 3. in princ. vers. in gl. in verb. appellare, & in d. c. sua nobis. Abb. n. 6. & 7. & Philip. Franc. col. 3. in princ. vers. in gl. secunda, in princ. nota, &c. Spect. in tit. de appell. §. quoties in prin. lib. 2. Alexand. cons. 70. incipit in causa & lue, vol. 2. Decius cons. 49. incipit præsistantissimus Doctor in 1. colum. qui dicunt, ita esse intelligendum text. in c. quoties, c. omnis oppressus cap. ad Romanam c. & ideò 2. q. 6. quibus cavetur toties quem appellare posse, quoties sit gravatus; idem etiam probat Marant. de ordine judicio. 6. p. tit. de appell. sub n. 269. ubi dicit quod regula d. iurum procedit, in uno, eodemque articulo, non licere tertio appellare nam si alicuius milles gravaretur, in una causa super diversis capitibus, semper potest bis appellare super unoquoque capitulo, & tam in definitiva, quam interlocutoria. Et probat d. l. unica ibi, super eisdem capitibus. Alexand. d. cons. 77. n. 2. vol. 2. Abb. n. 97. vol. 1. Marches. 17. de commiss. 2. p. c. 1. aliis c. 4. n. 1. fol. 355. in 2. impressione. Castr. Barz. in Bononiens. decis. 55. Domini n. 8. & reddunt omnes rationem, & Bald. in d. l. unica in prin. ubi Salicet. sub n. 2. & ibi etiam B. quia qui tres sententias contra se reportavit, unam in causa principali, seu prima instantia, & duas in causa appellationum; debet acquiescere iudicatis, nam ex quo bis appellans succubuit, oritur præsumptio injustitie contra eum, ex quibus rectè deducti potest in nostro casu conclusio regulæ, ut tertie appellationi per aliquem interpositæ in causa principali, vel in incidenti articulo, & gravamine (Qualificatio tamen & aliis appellabilis iuxta Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20.) iudex Ecclesiasticus non deferens, violentiam nullam fecisse, declarabitur, cum talis appellatio ut à jure reprobata, merito est à iudice rejicienda ut probabimus latius Deo dante inferius.

Sed prædictorum iurum, & Doctorum regula, & doctrina ut in causa tertio appellari non liceat est notabiliter intelligenda, ac declaranda, ut locum sibi vendicet quando a una eademque persona tertio appellatio proponitur, postquam duas illas in alia causa principali, vel in illo artic. interponens, succubuit; at altera pars rectè poterit duas alias postmodum appellationes emittere, super eamdem causa, seu articulo, ita ut quatuor appellationes jure possint concurrere super eodem articulo, seu sententia; nam quilibet pars bis queit appellare, & per consequens quinque sententiæ super principali causa, seu articulo incidenti, intervenire valent ad plus, cum minus etiam intervenient, prout contingere, sive successivè, sive alternatim, sive interpolatim ferantur, poterit prout ex varietate exemplorum (quibus res fiet manifesta) apparere.

Ecce à sententia pro te lata provocavi in instantia 9 appellationis, illa revocata, & alia fertur pro me; appellas ab hac secunda: prior confirmatur à tertia; iterum appello à tertia, & quarta declaratur pro me; iterum & tu appellas ab hac, & quinta vel pro te, vel pro me fertur, ecce nostrum appellationes, & quinque sententias, & neuter nostrum iterum appellat, quia duas quilibet proposuit alternatim, & tertia ei denegatur. Ecce

Ecce aliud exemplum: interpolatim, vel alternatim fertur pro me prima sententia appellans semel, & confirmatur per secundam; appellans iterum & revocatur per tertiam, appello semel, & confirmatur tertia per quartam, appello iterum, & revocatur per quintam, ecce quatuor appellationes cum quinque sententiis, & in aliis exemplis protinus rediturus. Quæ quidem doctrina omnium est concors Doctorum communis, nemine dempto, nec reluctantè, prout eam cum exemplis affirmant. Joan. Andr. in c. directe, de appellatio. §. quoties per totum. Bart. in l. unica. C. ne licet provo. Salic. ibi num. 1. & 2. optimè Abb. Panormit. in c. directe n. 8. vers. secundò nota, & ibi etiam latè Philip. Franc. col. 3. in p. in vers. secunda conclusio sit appellat. idem Abb. in c. sua nobis sub n. 7. vers. ut intelligo textum, eodem tit. & ibi Franc. col. 4. in princ. vers. in gl. secunda, in prin. et. &c. gl. & cæteri Doctores in d. c. directe, & die. sua nobis, Marant. de ordine judicio. 6. p. tit. de appellat. num. 269. vers. siem procedit. Joan. Anton. de S. Georgio in d. c. sua nobis num. 7. & num. 8. Soci. in regul. 50. provocare tertio, &c. Card. Tule. conclus. jur. tom. 1. litera A. concl. 403. n. 2. Socin. cons. 39. capio primam sub n. 6. & 17. lib. 4. Petrus Surd. cons. 163. arbitror num. 1. in si. num. 2. lib. 2. pro qua facit text. in d. l. unico. ibi, si quis in quacumque lite iterum provocaverit, non licebit ei tertio, &c. ponderatis verbis illis (si quis & ei.) ut ei, qui semel ea iterum provocavit, imposita sit prohibitio amplius provocandi per illum text. & rub. quem à hoc optimè ponderavit ibi Salicet. sub n. 2. vers. in text. ibi, & bene dicit et, qui alteri parti bene esset licitum & tertio, & quarto diversis provocare, quia esset super articulis, &c. facit etiam l. 25. tit. 23. p. in sequentibus: dos veces se puede home alçar de un mismo juicio que se a dado contra el en razon de alguna cosa de algun fecho, mas si despues fueren confirmados los dos juicios por el juzgador de la alçada, non se puede alçar tercera vez da la parte, contra quien fue dada la sententia; Catenemos quel pleyo que es juzgado, es mirado por tres sentencias es directe, & que grave cosa seria aver de sperar sobre una misma cosa la quarta sententia, mas si por aventura el juez de alçada revocasse las dos juicios primeros, diciendo que non fueran dados derei humente, entonces bien se puede alçar la parte contra quien revocassen los juicios, &c.

2 Quæ doctrina ut verissima etiam procedit in sententiis, quæ juris dispositione, & prærogativa non transeant in rem iudicatum, quoniam si quis fuerit per tres sententias condemnatus, non poterit ulterius per viam appellationis audiri, Abb. in c. sua nobis 65. n. 7. ubi mandat ut mirabilem gloriam in c. fraternitatis verbo fornicatio, de frigid. de appell. in d. c. fraternitatis 6. n. 21. vers. ultimo ponderabis, de frigid. & malef. Philip. Franc. in d. c. sua nobis sub n. 10. vers. in gloss. 2. & in c. directe 39. num. 8. concl. 6. de appell. Ruin. cons. 79. quæritur 1. num. 2. lib. 5. Ant. Gabr. comm. conclus. tit. de execut. rei jud. cons. 1. ampliation. 6. num. 13. & loquendo in causa matrimoniali, Petr. Surd. cons. 223. publicatis, num. 31. lib. 2.

3 Et confirmatur, quia desertio tollit appellationem etiam in actibus extrajudicialibus, & similibus gravaminibus, quæ non transeunt in rem iudicatum, ut ex Abbate refert Franc. in c. cum sit Romana col. 3. n. 15. de appellat. & in c. directe sub n. 8. eodem tit. dicentes quod deserta appellatione interposita ab actibus extrajudicialibus appellare amplius non auditur per viam appellationis, sequitur Scaccia de appellatio. quasi. 17. limit. 1. n. 7. & 8. dicens, quod poterit tamen audiri per viam querelæ contra injunctam sententiæ extrajudicialis, Abb. in c. fraternitatis sub n. 21. idem in d. c. sua nobis, sub n. 7. & Francus sub n. 10. de appellatio. Ant. de Butr. in c. lator. 7. vers. si rem de sentent. & re jud. Ruin. d. cons. 79. n. 1. lib. 5. Vide Scacciam supra.

3 Pro cuius confirmatione Abb. in d. cap. sua nobis n. 7.

& Philip. Franc. in d. c. directe illud conducunt, quod in iis casibus, quorum sententia non transeunt in rem iudicatum, tamen non admittitur appellans post decem dies, licet aliis remediis non excludatur.

Sed extat difficultas, cum interpolatim, seu alternatim latae sunt sententiæ, quæ sit. & pro qua parte executione mandanda; in quo quidem articulo variè locutos fuisse Doctores invenio, siquidem Speculator in tit. de appell. §. quoties num. 2. & 3. p. 2. hanc movit difficultatem, quando tu scilicet habuisti pro te duas confirmatorias, & ego pro me alias duas, & postquam hinc inde arguit modò quod reus originarius debeat obtinere, modò quod is qui prius sententiam obtinuit, sive sit reus, sive actor & tandem relinquat eam, disputat Joan. Andr. in additio. ad illum, inquit, hodie esse dicendum, ut habeatur in clem. 1. de re jud. ex qua colligitur actorem debere obtinere, qui habebit tres sententias pro se Abb. Panormit. illos referens in d. c. sua nobis, sub n. 8. nihil resolvit, sed illud etiam sub dubio addidit, ut his videatur prævalere qui ultimò obtinuit.

Sed non possunt non tantorum virorum in re tam 17 facili, gravique errasse, mirari, siquidem in primis eorum ex Speculatore propositio (dum supponit quolibet partem habere tres sententias pro se, si quidem proponit, quando unaquæque habet duas confirmatorias pro se, ut diximus) falsa est, impossibilis enim 18 verò etiam demus quatuor appellationes, impossibile est intervenire sex sententias, sed quinque tantum, ut statim mathematico principio per computationem earum demonstrabo, ac ideo eorum disputatio rectè cadere non potest.

Et pro apposta solvenda difficultate suppono vulgare 19 re illud juris principium, quod in causa, seu articulo tres conformes executioni mandandæ sunt, non obstantè regulariter qualibet exceptione, etiam nullitatis, text. est in clem. 1. de sent. & re jud. ubi gl. & Doctores etiam superius relati in d. l. unico. & in d. c. sua nobis, & d. c. directe de appell. & alibi passim; at ipso quod aliqua pars habet pro se tres sententias conformes, est impossibile, ut altera alias tres obtineat & pro se, sive adiutur, sive tres, sive etiam quatuor (cum amplius non possint) 20 appellationes in illa causa, sed interdum nullam sententiam, quandoque unam, & quando plus, duas dumtaxat habere poterit, quoniam nisi quinque ferri possunt, quomodolibet fiat eorum, & appellationum computatio sive successivè, sive alternatim, sive interpolatim.

Ecce quando successivè ferantur tres sententiæ 21 conformes, fertur prima sententia pro te, appello semel, fertur secunda pro te, appello iterum, fertur etiam tertia pro te, ecce tres sententias conformes pro te: latus, pro me autem nulla, & duas appellationes à te interjectas, executioni mandandæ sunt illæ tres conformes, cum amplius non appello. Ecce interpolatim prima fertur pro me, appellas; secunda fertur pro te, appello, tertia fertur pro te, appello; quarta itidem fertur pro te non possum amplius appellare; quia bis appellavi, ecce quatuor sententias, & tu habes tres conformes 2. & ego unam dumtaxat primam, & sic cum amplius non appellatur tres illas exequendas esse non est dubium. Quando autem alternatim pronuntiantur, sit exemplum.

Fertur prima pro me, appellas, fertur secunda pro te, appello; fertur tertia pro me, appellas, fertur quarta pro te, appello; fertur quinta pro te, amplius non appello, vides quatuor appellationes, quia quilibet nostrum bis appellavit, & vides quinque sententias, pro me duas dumtaxat, pro te tres, quæ exequuntur, cum amplius appellare non possim, iuxta d. l. unico.

Aliud sit exemplum, fertur prima pro me, appellas semel, fertur secunda pro me, appellas secundo, fertur tertia pro te, appello semel; fertur quarta pro te, appello iterum; fertur quinta pro te, ecce quatuor

appellationes quinque sententias, pro me duas 1. & 2. & tres pro te 2. 4. & 5.

Vel aliter etiam redde exemplum, prima pro me fertur, appellas, secunda pro me fertur, appellas, iterum tertio pro te fertur, appello, quarta pro te fertur, appello, quinta pro te fertur; habes tres conformes, & ego duas appellationes.

22 Maxime cum necessarium non sit, ad effectum dicte Clementine primae, quod tres sententiae conformes late sint successively abique alterius dissimilis media pronuntiatione, cum satis sit eas latas fuisse in eadem causa seu articulo etiam alternatim, aut interpolatim, ut ultra praedictos & citatos notant in specie Panormita. & Barba. in declarat. 10. in d. clement. unic. Covarr. in pract. quaest. 110. c. 25. sub n. 3. vers. quarto an madvertendum est. Decius conf. 385. Petr. Surd. conf. 102. n. 16. ubi late Ruin. conf. 114. lib. 5. num. 3. & generaliter in omnibus sententiis quae licet non sint successively conformes, sed interpolatim tertio provocari non possent, tenent Decius conf. 387. juridicam, sub num. 2. Covarr. ubi proximie quem sequitur Scaccia tract. de appellat. quaest. 17. lin. 1. num. 20. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. de executione rei jud. con. l. 1. ampliat. 5. num. 12. Tess. Fossan. decis. 123. tertio provocare n. 16.

24 Et sic hinc deducens, quod quomodocumque variaveris hanc calculationem, semper invenies, quod quoties una pars obtinuerit tres conformes: alia nec poterit alias tres habere, etiam data quarta appellatione, nec poterit ulterius appellare; nam regula est universalis, & vera, & absoluta, quod eo ipso quod quis habeat pro se tres conformes, necessario sequi debet; ut altera pars bis appellaverit; jam etenim dare non possumus pro una parte tres conformes, quin alteri jam duas appellationes dederimus, ut ex propositis exemplis appareat, ac propterea cum tertio provocare non queat (jure repugante) quid potest amplius expectari, nisi conformium exequutio; juxta tex. in d. cl. 1. de re jud. & quae passim vulgariter per Doctores.

Cognito igitur, ut a neutra parte tertio appellari non possent, & sic quando aliquis tres sententias super aliqua causa, seu articulo conformes obtinuerit, quia cum sint conformes, & amplius non appelletur executioni sint mandandae omni exceptione rejecta, ut in casibus praedictis, nec committet vim iudex in illarum executione.

25 Et tunc illae generaliter dicuntur conformes, quae conveniunt in qualitate, & substantia, refert, & sequitur Ruginell. tract. de appell. §. 12. gloss. 1. num. 10. vers. omnesque quod conformitas in substantia & effectu sit attendenda, probat Tess. Fossan. decis. 228. tres sententiae, Decius conf. 385. sub n. 2. Scaccia de appell. q. 17. limit. 1. n. 21. & lib. 1. casus. civil. & crim. c. 7. num. 547. plures alios refert, & sequitur ubi proximie n. 8. & 9.

26 Et quod conformitas addit, quando datur identitas rei, causae & personarum, five verè, five interpretative sequitur optimè Ruginell. d. gl. 1. num. 9. vers. hinc. Soc. sentent. Scaccia d. lin. 1. sub num. 21. cui consonat, quod

27 sententia semper praedicta ei, qui verè, vel repraesentative est eadem persona, ut de communi opinione testantur Ruin. conf. 71. n. 5. Cardin. Tusch. pract.

28 concl. litera S. concl. 174. num. 67. & nos suo loco diximus, & quod res iudicata dicatur quando concurrat identitas rei, causae, & personarum, Rot. decis. 100. ex novem n. 3. in fi. & nu. 4. p. 1. divers. fol. 35. l. & an eadem, cum l. seq. ff. de except. rei jud.

29 Examinemus nunc, in quo difformes iudicabuntur, ut prohibito locum non habeat, & in primis quando ultima sententia aliis duabus conformis & illas confirmans, adjecto tamen aliquo moderamine aut aliqua declaratione, quae prioribus aliquid addat, & sic quando per tertiam sententiam inferitur novam gravamè, & condemnat in id, de quo primae sententiae minimè tracta-

vere, quoniam ab hoc novo gravamine licet iterum per 30 condemnatum appellationem emittere; eique est deferendum omnino respectu dumtaxat illius, & sic novi additamenti, licet sententia, quatenus cum aliis sit conformis, exequenda est, etiam pendente appellatione ab hoc novo gravamine, cujus respectu hac ultima diversa est a prioribus; ista est elegans doctrina originalis Angeli in l. unic. C. ne liceat tertio provoc. ubi notat etiam Cyn. & eandem sequuntur Barth. Soc. conf. 39. col. 3. lib. 4. vers. cap. tertio, optimè Philip. Franc. in c. direlle de appell. n. 6. vers. tertia conclusio notabilis sit, & Aymon. Cravet. conf. 183. ad fin. Kob. Maran. de ord. jud. 6. p. ut de appell. n. 270. Covarr. in pract. quaest. 25. n. 6. additio ad Ab. in c. direlle n. 8. litera B. de appellat. Castren. conf. 63. propositum in suo lib. 1. Curt. junior conf. 30. col. 1. sequitur Cravet. conf. 183. num. 2. Decius conf. 385. juridicam. Petr. Surd. conf. 162. Guideus per totum. Ruin. conf. 114. num. 10. lib. 5. Rot. decis. 424. quae est, 14. de re jud. in antiquis. Bisignet. decis. 2. de re judic. Card. Tusc. pract. concl. tom. 7. litera S. concl. 174. num. 10. & seq. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 2. tit. de execut. rei jud. concl. ampl. 2. n. 5. quem tantum referens sequitur Scaccia de appellat. q. 17. lin. 1. n. 31. ubi dicit, quod hoc casu sententia quae pro una parte est appellabilis & pro alia parte inappellabilis, non considerabitur ut individua, sed ut dividua & iterum ibi n. 44. & seq.

Et facit sic intelligendus Lancelot. Rob. de attentat. 3. p. c. 12. lim. 45. dum dicit, quod licet post tres conformes regulariter non detur appellatio, ut in rubro & nigro, C. ne liceat tertio prov. tamen si in aliquo casu datur appellatio (secundum quae Doctores ibi, & in elem. 1. de re jud.) illa non impedit executionem conformium, nec erit locus attentatis, & sequitur Lancelot. idem etiam dicit Scaccia de appell. q. 17. lin. 1. n. 11. cum sequentibus. Joan. Andr. in c. ex parte de test. Joande Imol. in d. elem. 16. notat. & tradit Joan. Crotus in conf. 101. viso n. 11. & Andr. Barb. conf. 10. mihi videtur col. 3. sub nu. 9. vers. praeterea si dicatur, lib. 1. Card. & post Franc. in c. sua de appell. annotavit etiam Mansf. pract. concl. lib. 2. super attentat. conf. 166. Et haec doctrina declaranda est, prout etiam intelligit & eleganter declarat Praesul. doctissimus Covarr. in d. c. 25. sub n. 6. ut procedere debeat, quando super illa nova adjectione non fuerit in priori instantia, nec in prioribus sententiis actum virtualiter, tacite, nec expressè, sed tantum in ultima instantia per sententiam fuerit diffinitum, quod in dicta nova adjectione continetur. At verò si huius ultimae sententiae adjectio nova tacite, vel expressè fuit in primis instantiis, & sententiis tractata, examinata, & diffinitiva, non poterit verè hac ultima sententia dici prima super ea adjectione, seu novo gravamine sed propriè ultima, quod comprobat ipse Covarr. ex mente ejusdem Angeli in d. l. unica.

Quae quidem doctrina cum exemplificationibus inferendis, insuper faciat mirabiliter ad resolutionem illius quaestionis, an à sententia adversam qualitatem habente, alia quae prohibet, alia quae appellationem permittit, ut scilicet quando concurrat circa universa sententiae, unaquaque qualitas secundum suam naturam operetur, de qua superius late egimus lib. 2. c. 7. per totum, & praecipue à num. 53. cum seqq. & supra, cui has applicare poteris doctrinas.

Et huius doctrinae exemplum reddunt Doctores, ex Angelo, praecipue Philip. Franc. Marant. Covarr. & ferè omnes superius locis citatis suis; quoties scilicet in ultima sententia facta est expensarum condemnatio, de quibus in prima instantia; nec aliis actum, nec condemnatum fuit, licet ab initio litis petitae fuerint, nam quando expensae fuerint petitae ab initio (quod intelligitur de omnibus instantiis futuris) nec fuit in prima sententia, nec aliis facta eorum condemnatio, nec absolutio, nec ha-

ctenus

ctenus super expensis petitae lata est sententia, nec absolvens, nec condemnans, sed in tertia instantia fertur sententia, condemnans expressè in expensis omnium instantiarum praecedentium. Ista est prima sententia ratione expensarum tam praecedentium instantiarum, quam ultimae, licet si ultima ratione causa princ. & sic ab ea (quatenus scilicet expensas tangit.) poterit condemnatus appellationem emittere, cum prima sit; ita eleganter Covarr. in pract. q. d. c. 25. sub n. 6. ubi late examinat exemplum appositum ab eodem Angelo, de cuius intelledus altius tractat, quia aliquatenus videtur à juris tramitibus aberrare, tenent etiam Philip. Franc. in c. direlle sub n. 5. vers. tertia concl. Decius in c. sua nobis 65. n. 20. vers. conclusio de appell. & ex Angel. Franc. & Marant. ubi supra n. 281. tenet Casar. Contar. in l. unic. limit. 19. n. 16. in fin. & n. 17. & seqq. C. si de momen. poss. & cum hac declaratione transisse Senatuum Pedemont. testatur Tessa. Fossa. dec. 122. tertio provocare, sub n. 6. vers. an oportet, & n. 7. facit etiam Salicet. in l. properandum n. 45. vers. quero in condemnatione expensarum, C. de iudicis, & de hoc nullum dubium esse, scribit Ill. in l. soci. n. 17. q. 5. C. eod.

36 Quod & ex eo sulcitur, nam ubi petitae sunt expensae, & iudex in sententia omisit condemnationem earum; quia nec absolvit expressè, nec condemnavit, tunc non censetur victum ab illis absolvisse, ut tenent. Ant. Imol. & Felin. in c. significaverunt de except. col. 2. per l. 1. c. si adversus rem jud. iuxta intelledum glossae ibi, quem communem illic profertur Alberic. Imol. in c. ult. col. si. de except. & faciunt quae Felin. in c. cum inter. n. 15. de re jud. sequitur Covarr. ubi proximie, & in c. 27. n. 5. ceterum haec vera sunt, & c.

37 Et his illud obiter adde, quod si quis condemnationem expensarum petierit, eaque fuerit à iudice omissa, non poterit victor, pro quo lata est sententia in principali appellare ab huiusmodi omisa condemnatione expensarum, de quo est text. in l. ult. C. quando provocate non est necesse, quae quidem procedit, quando adversarius victus appellat à sententia, quae damnatus fuit, quia tunc cum devolvit totam causam ad superiorem, supervacua iudicatur isthaec victoris appellatio, ut notat per eand. l. si. illic Jacob. Butt. B. Bal. Salic. & Paul. de Castr. At verò focus est dicendum, quando victus non appellaverit, quia tunc bene potest victor à sententia provocare, quia ea parte omisa fuerit expensarum condemnatio, ut illas nanciscatur, quemadmodum ex d. l. ult. adnotat Ant. Abb. Felin. & omnes in d. c. significaverunt, de except. quod, & idem esse dicendum, quoties victus appellat à sententia limitative, nempe ab eo, in quo ipsi praedictat, non verò in aliis, tunc etenim ex identitate rationis, poterit victor ab ommissione expensarum appellari, cum appellatio victi ita limitata non devolvit causam ad superiorem omnimodam, sed in iis duntaxat, quae contra se faciunt, omisso autem ipsi contraria non est, sed utilis potius, & favorabilis, ita declarat Pano. & Felin. col. 2. in d. c. significaverunt, idem Abb. in c. cum Joannes col. ult. de si. instrum. Covarr. in pract. q. c. 27. n. 5. vers. sed si quis,

38 & an idem, quid autem sit dicendum, quando victus appellavit simpliciter à sententia, sed illam non profertur vide gl. & DD. in d. l. si. C. quando provo. non est necesse, sed verum hoc est & procedit in expensis, quae officio tantum iudicis mercenario petuntur, at verò in expensis, quae iure actionis debentur, & petitae omisit iudex condemnare, adhuc eas victor petere poterit, etiam si sententia translata sit in rem iudicatam, quod licet quoad causam principalem translata censetur, non tamen quoad expensas nondum iudicatas, sed omisas. ita probat text. in l. 4. C. de positi. Imol. & Roman. in l. si tertius, §. Celsus ff. de aqua plu. arc.

39 ommissione expensarum appellari, cum appellatio victi ita limitata non devolvit causam ad superiorem omnimodam, sed in iis duntaxat, quae contra se faciunt, omisso autem ipsi contraria non est, sed utilis potius, & favorabilis, ita declarat Pano. & Felin. col. 2. in d. c. significaverunt, idem Abb. in c. cum Joannes col. ult. de si. instrum. Covarr. in pract. q. c. 27. n. 5. vers. sed si quis,

40 & an idem, quid autem sit dicendum, quando victus appellavit simpliciter à sententia, sed illam non profertur vide gl. & DD. in d. l. si. C. quando provo. non est necesse, sed verum hoc est & procedit in expensis, quae officio tantum iudicis mercenario petuntur, at verò in expensis, quae iure actionis debentur, & petitae omisit iudex condemnare, adhuc eas victor petere poterit, etiam si sententia translata sit in rem iudicatam, quod licet quoad causam principalem translata censetur, non tamen quoad expensas nondum iudicatas, sed omisas. ita probat text. in l. 4. C. de positi. Imol. & Roman. in l. si tertius, §. Celsus ff. de aqua plu. arc.

sentit gl. magna in c. si. lib. 2. de dol. & contum. Covarr. ubi proximie d. nu. 5. vers. si. ubi ponit exemplum in expensis conventionalibus, & quae debentur ratione contractu, & in expensis, quae debentur ratione contumaciae, de quo articulo vide ibi late per eundem.

Iterum nec dicuntur conformes, quando in una sit 43 reservatio iurium, quae facta non fuisset in aliis, quia datur appellatio in ea parte, in qua sunt difformes, ut Alex. docet, conf. 75. in prin. & per totum lib. 7. sequitur Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. litera A. concl. 174. num. 1. n. 20. post Soc. jun. conf. 67. pro resolutione n. 19. & seq. lib. 1. dicit, quod etiam si sententia secunda confirmata 44 ria primae in eadem summa, licet reservet iura condemnato docendi de solutione, tamen sunt conformes, & ubi faciunt rem iudicatam, non retardant executionem, secus si secunda condemnat in eadem summa sub conditione, puta, quatenus factio calculo tanta summa debeatur, vel si factio calculo debitor sit in illa summa; quia tunc bene suspenditur exequutio quousque conditio purificetur, quia non sunt conformes ante eius purificationem.

Uterius non dicuntur tunc tres sententiae conformes 45 mes, quando duae sententiae latae sint in principali causa, & tertia super desertione. Exemplum, prima pro me fertur, appellas, secunda pro me fertur appellas, dico ego tuam appellationem desertam, vel etiam nulliter appellationem proposuisse te; tertio sententia super desertione, scilicet; declarando appellationem desertam, quoniam licet verum sit ut duae praefatae sententiae sint translatae in rem iudicatam ob defectum appellationis, ob hanc declarationem executioni mandari possunt (ut inferius hoc lib. 3. c. 18. dicimus) quem 46 admodum unica sententia, à qua non est appellatum, transfert in rem iudicatam, & ob id exequitur, tamen non sunt tres conformes, nec trium conformium privilegio potiuntur, juxta text. in clem. 1. de re jud. ita determinat Rot. dec. 417. in antiq. Rom. sing. 287. Oldral. conf. 106. Corneus conf. 14. & conf. 38. col. 2. lib. 4. Aymon. Savillan. conf. 183. col. 1. Covarr. practicar. quaest. c. 25. num. 5.

Quia sententiae, quae tendunt ad diversum finem 47 numquam dicuntur conformes, ut in iis terminis docent Cephal. conf. 209. per totum. Cravet. conf. 183. qui allegat. Rotam dec. 3. de re jud. alias 21. in antiq. Corneus conf. 14. num. 38. lib. 4. ut puta quando diversitas 48 esset in tempore, ut quia pro me una condemnat infra tres dies: altera infra tres menses ad solvendum, quia tunc diversitas est in substantia; & non sunt conformes. Alex. conf. 77. in prin. lib. 2. Card. Tusc. pract. concl. tom. 7. litera S. concl. 172. n. 26. prout etiam quando una fer 49 tur diffinitiva absolvens reum, quia non est probatum, altera absolvit reum ab observatione iudicis, vel ab illa instantia non possunt dici conformes, quia ultima est interlocutoria. Bar. in l. ad movend. col. 3. de iure iur. Castr. conf. 65. viso quodam libello, in prin. lib. 1. & conf. 113. in causa qua veritur, col. 1. lib. 2. optimè Tusc. ubi proximie n. 31. & 32. Cravet. conf. 183. in fi. Corneus conf. 14. n. 8. & conf. 38. n. 4. lib. 4. plenè Cephalus conf. 209. num. 11.

Quid autem sit dicendum, quæro, an dici possent 50 tres sententiae conformes, ubi latis duabus sententiis sibi conformibus, tertia lata est, quae declarat illas duas nullas fuisse, seu nulliter latis, à qua me appellante pronuntiat, quarta, quae revocat tertiam, & confirmans declarat validas duas illas priores pro me latis, & non esse tres conformes constat, quia duae priores latae sunt super causa principali, tertia autem, & quarta super nullitatis articulo, prout in terminis probat Rota decis. 424. in antiquis. Sequuntur Rom. singul. 287. & Aymon. Savillia. d. conf. 183. numero 3. adeo ut 51 hoc casu poterit impediri exequutio, maxime cum sit

fit licita appellatio ab illa quarta sententia, revocante tertiam super nullitate, lata quoniam cum tertia sit lata super articulo nullitatis, prima dicitur & quarta, quæ eam revocat, secunda est revocatoria, ita firmat Aymon. ubi proxime, sequitur Covarr. in *pract. d. c. 25. sub n. 5. vers. nova ex prima interpretatione*, quæ doctrina dupliciter potest procedere, primò quando scilicet latis duabus conformibus super principali pro me, à quibus non appellasti, sed de nullitate dixisti proponendo adionem: vel exceptionem nullitatis adversus easdem & ferat sententia, illas nullas esse declarans, 53 à qua ego appellavi, & mea appellationi virtute quarta pronuntietur, revocans illam tertiam (quæ in hoc articulo prima est) declarans duas primas sententias, in causa principali pro me latis, validas fuisse, easque simul confirmans; tunc non dicentur tres sententiæ conformes, juxta Rotæ, & sequacium decisionem. Enimverò ratio esse potest, non primum iudicium illud super principali finitum est per illas duas sententias in eo latis, à quibus quia non exiit appellatum, sed de nullitate dumtaxat dictum, translatae sunt in rem iudicatum, licet executioni mandari non possint, 54 quousque hoc novum iudicium nullitatis finitur, & terminetur per tres conformes, in quo quidem de nullitate tantum dicitur, & ideo licet quarta sententia confirmet duas primas principales, non pronuntiat super principali jam finito, & extincto, sed super articulo nullitatis, ac propterea non facit tres conformes, ita declarat Covarr. ubi supra, n. 5. ad fin.

55 Ex quo deducitur, quòd illa tertia sententia annullans priores, est prima respectu illius articuli nullitatis noviter propositi, & alias quatuor supra se potest expellere, cum quilibet articulus possit habere quatuor appellationes, cuilibet partis duas, quæ faciunt quinque sententias, quousque altera ex partibus habeat tres conformes, ex his quæ à principio hujus capituli diximus, ac ideo nullum dubium est, ut possit appellari ab illa quarta sententia, revocante tertiam (quæ est prima) annullante priores, nam adhuc est prima appellatio unicus ex partibus: quemadmodum alias videmus in gravamine, noviter illato per tertiam sententiam conformem, de quo in cæteris non est actum, cum respectu sui ipsius, & intra sui limites, hoc gravamen sit prima sententia, pariter cum licet ac ad appellari (ex his quæ superius diximus) appellatio intenditur in hoc esse prima, & cæteras sententias, & appellationes utriusque partis spectat, ita eleganter ultra supradictos post Ant. & Angel. in d. l. 1. C. ne liceat tertio provocare, docet Philip. Franc. in c. directè, col. 3. post medium, vers. tertia conclusio, de appell.

56 Secundo modo procedere potest præfata doctrina, quoties latis pro me duabus conformibus sententiis super principali, & à secunda fuit appellatio à te emissa, ac simul cum ea nullitatis causa proposita, & deducta, & superior tertiam declarat qua priores duas nullas fuisse dicit, si ab hac tertia demum ego appello, cujus virtute alia fertur revocatoria tertæ, & priores simul confirmata: in hac quidem specie tres adesse conformes constat, cum mediante appellatione simul actum est de causa principali, & lata confirmatoria aliarum duarum, ac propterea non est dubium, ut respectu principalis causæ executioni sint mandandæ; nihilominus quòd ab hac quarta sententia iterum possis appellare pro illa parte dumtaxat, quatenus tangit nullitatem, quoniam ad effectum nullitatis potest appellatio, & iudicium prosequi, & de ipsa aliis examinari facta executione in principali trium conformium, ita probat Aymon. Savill. d. conf. 183. n. 3. Covarr. in *pract. d. c. 25. post medium*.

58 Quod fulcitur tum ex eo, quod de novo gravamine facto in ultima sententia conformi cum aliis superius late probavimus, ut etiam pendente appellatione à di-

cta adjectione, prædictæ tres sententiæ exequentur, in quo conformes reperiuntur, & inappellabiles, tum etiam & ex eo, quoniam ad hoc ut sententiæ conformes possint exequi, non est necessarium, ut sint tres omnino conformes cum satis sit, ut in aliquo articulo sint conformes, ut in illo, nec admittitur appellatio, ex 10. 20. tit. & l. unica Cod. ne licet tertio provocare, Clem. 1. de re jud. & quæ sursum ad principium diximus, nec impeditur executio respectu illius articuli, in quo conformes reperiuntur; ita eleganter tenet Covarr. ubi proxime sub n. 5. & notat Paul. Castr. conf. 163. lib. 2. Alex. conf. 77. col. 1. lib. 2. Decius conf. 358. Curtius Jun. conf. 30. col. 1. ac propterea cum respectu principalis causæ reperiuntur tres conformes in casu proposito, non permittentes amplius appellare, executio non est impedienda, licet admittatur appellatio respectu illius alterius, & novi articuli nullitatis.

An autem dicentur tres sententiæ conformes, ubi tres late sunt, quarum prima condemnat in centum, secunda, in octuaginta tertia in sexaginta aureis, & has esse conformes respectu minoris summe existimant Barb. conf. 10. lib. 2. col. 3. juxta text. in c. 1. de arbitris lib. Zenceli & C. 6. in clem. un. n. 2. Covarr. in *pract. q. c. 25. n. 6. ad fi.* quam opinionem intelligendam esse declarat; cum ille cui præjudicet diminutio quantitatis, consentit expresse, vel tacite sententiæ late in minori summa, & denique omnibus, quoad illam minorem quantitatem, quem ibi vide.

At simpliciter quòd sententiæ dicantur conformes respectu minoris summe, & sint in ea exequendæ tanquam res iudicatae, Alexand. conf. 77. in causa, & lite, in prin. n. 3. lib. 1. sequitur Cravet. conf. 183. n. 2. ubi etiam allegat. Castr. conf. 234. proponitur in *facto, vers. quia videmus in similibus lib. 2. Curt. Jun. conf. 30. Petr. Sord. conf. 102. maxime num. 16. in fi.* ubi quod totus mundus non potest facere, quia minor summa insit majori, quia hoc est naturaliter verum, Afflicti. d. c. 1362. ubi quod ita tenuit sacrum Concilium. Andr. Bar. conf. 10. col. 5. lib. 1.

Sed contrariam sententiam, imò quòd non dicantur conformes esse etiam in minori summa, nec earum potest dari executio pro conformitate minoris summe defendit Ill. in l. 1. §. si stipul. col. penult. ff. de verb. oblig. Bursat. conf. 219. n. 9. & seq. lib. 2. sed prior verior est, & huic secundæ respondent Tusc. *pract. concl. tom. 7. num. 8. Cravet. d. conf. 183.* quam sequitur Rot. ut testatur Adrobal. dec. 24. per totam part. 1. in novis, & eandem etiam priorem opinionem, ut veram sequuntur Afflicti, Foss. & alii citati ab Scac. lib. 1. caus. civil. & crim. c. 2. n. 576. vers. confirmatur, & iterum in *tract. de appell. q. 17. lim. 1. n. 31.*

Nonnullas exceptiones, quæ trium conformium executionem impediunt, hic omitto, ejus tractatum reservans commodiori loco, ubi de executione tractemus; hic autem solum agimus, an & quando à tribus conformibus possit appellari, & an tertio appellari possit, secundum quæ hætenus dicta sunt à princ. hujus capituli. Pro cujus corone, & perfectione illud addendum supradictis, volo; quòd licet unaquæque pars tertio appellare non possit super una causa, seu articulo (ut late à princ. diximus) tamen poterit semper adherere appellationi sui adversarii si appellaverit, & producere juxta sua, ac si ipsemet appellasset, quia quilibet appellatio est communis utriusque parti, ut per text. in l. amplius, in princ. C. de appell. ubi dicitur quòd appellatio est communis etiam parti, quæ non appellavit, & auditur beneficio alterius partis appellantis, facit text. in l. fi. & ibi gloss. & Doctores, C. quando provocare non est necesse, & per argumentum l. petenda, C. de temp. in integr. restit. & B. l. in l. sua nobis de app. probat Philip. Franc. in c. directè col. ut. in prin. v. concl. 5. & c. Joan. Anton. de sancto Georg. in d. c. sua nobis, n. 7.

de app. & ibi Decius n. 17. & 18. & ex Marant. idem tenet Scac. lib. 1. caus. civ. & crim. c. 3. sub n. 216. vers. adde: & iterum in *tract. de appell. q. 17. lim. 1. n. 50. qui n. 54. declarat, & bene, ut non procedat, quando adversarius appellavit limitate in novis dumtaxat, & quatenus contra Veltri. in *prax. l. 7. c. 3. sub n. 29. vers. amplius & n. 30. fol. 103. & Luc. Pat. in *pract. Capitul. lib. 4. c. 1. sub n. 19. & seq. de qua limitatione vide quæ late diximus supra cædenti, sequitur Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de app. n. 171.***

Et ad ea, quæ superius diximus in princ. quod unaquæque pars potest bis appellare super aliqua causa, seu articulo, & sic quingue dari sententias, tota quòd hodie in foro singulari raro aut nunquam accidere potest, cum post primam; aut secundam instantiam recurritur ad supra prætoriam, ubi causæ per duas duntaxat finiuntur, etiam si apud ea in principio inceptæ sint juxta l. 2. & 10. tit. 19. l. 4. recop. quod secus est in foro Ecclesiastico, ubi omnes gradus reperiuntur per rescripta impetrata, ut quotidie videmus.

Pro quo adnotare potest, de hujusmodi duabus sententiis idem erit iudicandum, ac si essent tres conformes, & sub eisdem regulis, ampliationibus, & limitationibus, vigere debent, ut de simili statuto dicunt in quo habere locum clem. 1. de sent. & re jud. probant Paris. conf. 109. omisso pro nunc num. 15. & post Riminal. Contard. in *l. unica. lim. 9. num. 4. vers. movetur in fi. C. fi. de nom. post. & ex Marq. & aliis laiciis prosequitur Scac. de app. q. 17. lim. 1. n. 65. cum seq. & n. 51. & n. 55.*

De exceptionibus nullitatis oppositis tribus, vel duobus conformibus, (ubi ita sit statutum) quæ si sit notoria patens ex actis admittitur, vide late quæ nos supra hac 3. p. c. 9. à pr. vide Covarr. *pr. d. c. 25. n. 1. Vant. de nullit. tit. quali sententiæ & process. quid di. nullit. & n. 14. fol. 421. & idem in rubr. quoties & i. tra quod tempus n. 3. & 5. seq. Scac. de app. q. 17. d. lim. 1. à n. 58. & latius q. 19. membr. 1. rem. 1. concl. 4. n. 25. & conc. 5. à num. 23.*

Et quæ sententiæ dicantur conformes, vel non, de variis ampliationibus, & limitationibus vide Covarr. d. c. 25. Scaccia d. lim. 1. per totam, fol. 283. & seq. Marq. de comm. 2. p. c. 1. n. 4. in 2. impref. Card. Tusc. *pract. concl. tom. 7. litera S, concl. 172. Telf. Foss. dec. 122. per totam, ubi elegantissime & amplissime.*

CAPUT XVII.

AN non admisione, seu rejectione appellationis emissa super aliqua causa, eo puta quia sunt tres conformes, vel aliàs est causa inappellabilis; appellationi interjectæ judex non deferens violentiam facere an dicetur.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata super impotentia appellandi est interlocutoria.
- 2 Sententia lata super articulo juris est interlocutoria.
- 3 Sententia lata super impotentia appellandi licet sit interlocutoria, habet vim diffinitivæ.
- 4 Appellatio non est licita ab interlocutoria merè.
- 5 Appellatio licita est ab interlocutoria habente vim diffinitivæ.
- 6 Appellans, cujus appellatio à judice rejicitur, an teneatur iterum appellare.
- 7 Interlocutoria super non admisione appellationis præjudicat appellanti, & ideo ab admisione appellare debet.
- 8 Appellationem ab interlocutoria si judex rejiciat, iterum à rejectione non appelletur, an maneat deserta appellatio.

- 10 A judice rejiciente appellationem tanquam frivolum, si pars non appellet, videtur rejectioni consentire.
- 11 A rejectione appellationis appellatio non est licita in iis casibus, quibus in jus appellare prohibet.
- 12 Appellatio à rejectione appellationis non sit deferendum, pendet à natura causæ principalis, à qua interponitur an illam admittat, vel non.
- 13 Juris executio non gravat.
- 14 A rejectione exceptionis non debito aut legitimo tempore opposita appellationi emissa non deseritur.
- 15 Executore rejiciente exceptionem frivolum appellationi emissa non deseritur.
- 16 A judice rejiciente petitionem ejus cui jus denegat audientiam, appellationi interposita non deserendum.
- 17 Dua sententia ubi sic se habent ut una veniat in executionem alterius si non potest appellari à prima, nec poterit appellari à secunda.
- 18 & 21 Appellatio ubi à jure est prohibita, si admittitur à judice illam rejectione, de nibilo serviet prohibitio.
- 19 Quod una via prohibetur alicui, ad id alia debet admitti.
- 20 & 21 Appellatio cum prohibetur, censetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illam.
- 22 Appellatio emissa à rejectione appellationis ubi de jure non admittitur, contraria dicitur juri, & ei resistit.
- 23 Facta contra jus debent utique frò infestis haberi.
- 24 Appellatio à rejectione appellationis, ubi de jure est prohibita, dicitur frivola, quia nullum potest juris effectum sortiri, nec unquam prodesse.
- 25 A judice ut juris executore procedente non licet appellare.
- 26 Durum est contra stimulum calcitrare.
- 27 Sententia lata vigore tertiæ appellationis super eodem articulo non sit nulla ipso jure & n. seq.
- 28 Sententia lata contra sententiam translata in rem judicatum est nulla ipso jure.
- 29 Prima sententia aliis duabus confirmata est, potest rescindi.
- 30 Appellatio tertia in eodem articulo cum non valeat, non devolvit causam.
- 31 Exceptio ubi sit apposta appellationem esse tertiam, & judex se competentem pronuntiet, sententia lata ejusdem tertiæ appellationis vigore erit valida.
- 32 Text. in c. sua nobis de appell. interpretatur, ut appellatio non sit admittenda à rejectione tertiæ appellationis in aliquo articulo.
- 33 Appellatio admittitur à rejectione appellationis emissa in casu, quo judex illam admittit.
- 34 Judex secularis justè devogat suum auxilium petitum ab Ecclesiastico pro executione sententiæ, quam per legitimam appellationem competit esse suspensam, quam nolit admittit.
- 35 Appellatio non admittitur à rejectione appellationis emissa, ubi aliàs jure est prohibita.
- 36 Appellationi à rejectione appellationis emissa ab interlocutoria ubi jure est prohibita, non deseritur.
- 37 & 39 Appellationem ut justè judex rejiciat, causa debet esse aperta.
- 38 A rejectione appellationis per superiorem facta cum causa cognitione aut sine illa, an & quando sit appellationi deferendum.
- 39 Appellationi à rejectione appellationis cujus prohibitionis causa est aperta, deferendum non est.
- 40 Cupiscus & alii asserentes indirectè appellationem esse licitam à rejectione appellationis, declarantur juxta nostram dictionem.
- 41 Notorium aut manifestum ubi est, appellationem esse nullam & non recipiendam, potest judex licite in causa procedere non obstante appellatione.
- 42 Secus si sumus in dubio, quia tunc regula generis est standum, dum de casu exceptio non appareat.